



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

103. An in ætate requisita ad ordines suscipiendos detur paruitas  
materiæ? Et notatur, quod si esset quis in principio sequentis diei, v. g.  
hodie impletur ætas 24. annorum post dimidiam noctem, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

rem, ff. de minoribus, & leg. Cum bissexus ff. de verb. signif. pero tengo por muy probable la opinion contraria de Silueiro verb. atas num. 5. de Panormitano in cap. Quaren. de Offic. deleg. que dize, que en las cosas odiosas no se ha de computar el dia del año bisesto, sino solamente se ha de contar el año de 365 dias, cayga bisesto, o no cayga: y parece que esto se determina en la ley cum hares, §. Strichus, ff. de stat. lib. ita ille: cui adde etiam doctum, & eruditum Iuriconsultum Didacum de Narbona in Annal. Iurif. conj. n. 25. quæst. 55. num. 6. qui citat pro se Henriquez, Riccium, & Acugniam: vnde ego cum Leand. de Sacram. tom. 2. tract. 6. disp. 6. quæst. 20. vtramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. CIII.

An in etate requisita ad Ordines suscipiendos detur parvitas materia?  
 Et notatur, quod si esset quis in principio sequentis diei, v. g. hodie impletur etas 24. annorum post dimidiam noctem, potest ordinari Sacerdos?  
 Et cursum inferitur, quod licet requiratur septennium completum ad sponsalia, si tamen sunt in ultimo die septennij, sat est, si ille sit inceptus? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 17.

Sup. hoc in Ref. seq. 6. Hac, & in Ref. 1. post seq.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Basilius Pontius de matrim. lib. 7. cap. 65. num. 1. vbi sic ait. Non enim hic locum habet illa regula, Quod parum distat, nihil distare videtur, sicut neque in aliis, in quibus ius tempus præfinitum exigit, vt in etate ad Ordines, si enim vel vnus dies, aut hora desideretur, vitiat factum. Ita ille, cui etiam adde Henriquez lib. 7. cap. 20. num. 2. in gl. lit. O. vbi dicit non debere deesse diem.

2. Nec obstat, quod parum pro nihilo reputatur, quia id est verum, quando non inde pendet tota impletio præcepti, v. g. breuissimum spatium est dimidietas salutationis Angelicæ, & tamen si nocte Iouis, postquam immediate sonuit duodecima noctis hora, aliquis carnes comederet, peccaret mortaliter, & tamen non peccaret, si ante talem horam, etiam si solum esset post dimidietatem temporis salutationis Angelicæ, manducaret.

3. Nota tamen quod si esset in principio sequentis diei, v. g. hodie impletur etas 24. annorum, post dimidiam noctem potest ordinari Sacerdos. Ratio, quia, vt docet Nauarrus eodem consil. 6. in fauorabilibus dies ceptus habetur pro completo. l. qua etate, ff. de testam. Faciunt pro hac sententia Mandosius de etate minori, cap. 40. num. 11. Panormit. cap. attestations, de responsi. impub. vbi dicunt, quod licet requiratur septennium completum ad sponsalia, si tamen sunt in vltima die septennij, sat est si ille sit inceptus. Patet hoc etiam, quia ille reuera iam dicitur attingisse 25. annum, & ita docet Sanchez in opuscul. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 33. num. 6. & 7. Vide etiam Naldum in summa verb. atas, num. 3.

Sup. hoc late infra in tr. 6. Ref. 3. & 4.

RESOL. CIV.

Quidam Religiosus inchoauit annum vigesimum tertium hora vigesima tertia diei, sed mane in eodem die recepit Ordinem Diaconatus, quaeritur, an peccauerit, & in suspensionem incidit tanquam ordinatus ante legitimam etatem?

Et notatur, quod stando in rigoro sententia, quod annus debeat esse inceptus, sufficit tamen ad singulos Ordines, vel per vnum medium diem annum inchoatum fuisse? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. Ref. 29.

um fuisse? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. Ref. 29.

§. 1. Suppono ex Tridentino, & communi DD. Sententiam, cum Filiucio tom. 1. tract. 9. cap. 4. num. 84. Miranda in man. Pral. part. 1. quæst. 39. etiam ad licitè suscipiendos Ordines requiritur ætatem legitimam, nam ad primam tonsuram, & minores Ordines requiruntur saltem septem anni completi, ad Subdiaconatum viginti duo inchoati, ad Diaconatum viginti tres inchoati, & ad Presbyteratum viginti quinque, vnde si aliquis iniuriaretur Ordinibus sacris ante dictam ætatem, in suspensionem incideret, latam in Bulla Pij II.

2. His suppositis affirmatiuè ad casum propositum responderet Villalobos in sum. tom. 1. tract. 11. dub. 11. num. 2. vbi sic asserit. [Estos años basta, quando commençados. Mas no bastaria si le faltasse vno, o dos dias para cumplir la edad, segun la mas probable opinion (aunque a algunos parece lo contrario) porquè de derecho de verdad el tal no esta en los incepto, y así non habetur pro completo, Mas llega a la verdad el diez, que si a calo le faltasse medio dia, se podria ordenar. Mas lo contrario tampoco por mas cierto, porque este aunque este medio dia no mas, antes de entrar en el año, non no esta en el año, lo qual es necessarid. ] Ita ille, & cum illum Nauarrus tom. 1. de tempore ordinand. m. 5.

3. Hæc sententia est probabilis, sed non minus probabilem contrariam ex vltimo quod etiam concedit ipse Villalobos, vt supra apparet, & illam in terminis docet ita Ledesma in sum. tom. 1. tract. de sacram. Ord. cap. 7. fol. mibi 430. ita asserens. [Si vno inchoato se de cumplir la edad el mismo dia de los ordenes a la tarde, o de noche si se ordenasse à la mañana, o vna cosa así semeiante non parece à mi, que haant mucho escrupulo, de otra suerte non lo tengo por legitimo, y acertado.] Sic Ledesma. Ex his apparet dictum Religiosum non incurrisse suspensionem illam, de qua supra, saluo semper meliori iudicio.

4. Notandum est tamen, quod stando in rigoro sententia, quod annus debeat esse iam inceptus, sufficit tamen ad singulos Ordines, vel per vnum medium diem, annum necessarium à Concilio Tridentino, supra, inchoatum fuisse. Et ita docet Coninch de Sacram. disp. 20. dub. 10. num. 101. & Bonacina etiam de Sacram. disp. 8. quæst. vltima, par. 5. num. 11.

RESOL. CV.

An qui vespere ingreditur annum assignatum pro aliquo Ordine suscipiendo, possit mane præclari illum sumere?

Et notatur ad recipiendum v. g. Subdiaconatum sufficere viginti duos annos, non per vnum integram diem, nec per vnam horam, sed sufficere, si iuxta vltimos per vnum, vel dimidium quadrantem horæ?

Et docetur Episcopum posse dispensare, si dispensatio ordinando duo, vel tres dies ad etatem dictam ad suscipiendos Ordines? Ex part. 9. tr. 9. & Misc. Ref. 51. alias 50.

§. 1. Sententiam affirmatiuam quam docuit Primarius Professor S. Theol. in Acad. Salamantina Petrus de Ledesma Dominicus, ego olim probabilem esse dixi. Sed nouissimè Pater Palqualibus qui cautè vt omnes alij debere aliorum opinionibus censurari, nominatim contra me putant in 49. Cent. 2. quæst. 122. num. 5. hanc sententiam omni probabilitate carere. Verum, me citato, probabilem esse putat Trullench. de Sacram. lib. 6. cap. vltima, dub. 10. num. 4.

ANTONIO OPERA Tom. 1. o. 1. E III